Rare Book
RS88
.T43
A52
1754

ANDROMACHI SENIORIS
ANTIQVISSIMVM DE THERIACA CARMEN
AD
IMPERATOREM NERONEM
RECVSVM OCCASIONE
THERIACAE RECENS PARATAE
IN OFFICINA LEINKERIANA.

NORIMBERGAE MDCCLIV.



W.N.Reitt

Mo.Bot. Garden,
1902.

Quamquam ab antiquiſſimis iam inde temporibus, per omnem, ubi exculta floruit medicina, terrarum ambitum, THERIACA celebratiſſimum fuerit medicamentum: non tantam tamen eius a communi omnium ſuffragio proficiſci exiſtimationem iudicamus; quantam ab illuſtri ſuo auctore eminentiori quodam iure ſibi vindicauit. Vtut enim plurimi, iique artis medicae peritiſſimi fuerint uiri, qui adverſus ſerpentium ictus uenenorumque inſidias uaria medicamina excogitarunt: illa tamen ANDROMACHI THERIACA, omnes aliorum conatus tanto poſt ſe interuallo reliquit, ut, quam primum dedicatione facta ad IMPERATORIS olim NERONIS ſolium inclaruit, ſtatim in omne genus hominum dimanarit. Qua de re mihi praeſtantiam eiusdem declaraturo inſtar omnium erit Auctoris ANDROMACHI SENIORIS carmen de THERIACA ad eundem Imperatorem ſuperſtes, quod omnem inſtituti paginam abſoluere eo magis quidem videtur, quo uberius Theriaces virtutes, compoſitionemque explicat, quoque rarius illud quis inſpiciet, niſi Galenica ſcripta nocturna, diurnaque manu verſare conſueuerit.

Poſtulat vero praeuiam hac de re cognitionem, ne prorſus imparata accedat ſpectantium copia, ſolemnis quidam actus, quo iam conſueto pharmaceuticarum viſitationum tempore THERIACAM more maiorum diſpenſandam ſuſcepit VIR PRAESTANTISSIMVS PAVLVS CANVTVS LEINKER, qui cum VRBIS CIVIBVS, tum CELSISSIMORVM LAVDATISSIMORVMQVE FRANCONIAE ORDINVM copiis militaribus rem pharmaceuticam procurat.

Quemadmodum autem olim, apud Quirites praeſertim, nihil praeclari, egregiique gerebatur, quod non Conſulum memoria poſteritati commendatum fuerit: ita et in rariori hac, in foro medico occupatio-

ne, notari, commemorarique merentur Eorum Nomina, ſub quorum auſpiciis atque inſpectione omnia tranſigebantur. Pulcerrimo igitur inter ſe apparatu, miroque ordine iuncta, antequam ad commiſcendam antidotum adhiberentur, exſplenduerunt ſimplicia, ex officio praeſentibus:

VIRIS PERILLVSTRIBVS ATQVE GENEROSISSIMIS, ORTV, MVNERVMQVE DIGNITATE INCLVTIS, CHRISTOPHORO ADAMO FRIDERICO BEHAIMIO A SCHWARZBACH, ET REL. ET CHRISTOPHORO FRIDERICO STROMERO A REICHENBACH ET REL. GENIIS VTRIVSQVE COLLEGII ET MEDICI, ET PHARMACEVTICI TVTELARIBVS.

MEDICINAE DOCTORIBVS vero VIRIS ILLVSTRIBVS, EXCELLENTISSIMIS atque EXPERIENTISSIMIS,

CHRISTOPH. LVD. GOECKELIO Seniori Collegii Primario.
CHRISTOPH. ANDR. WINCKLERO Viſitatore Seniori.
CHRISTOPH. IACOBO TREVVIO Decano h. t. Spectatiſſimo.
IO. CONRADO WITVVERO Viſitatore extra ordinem.
IO. VVILHELMO VVIDMANNO Viſitatore extra ordinem.
IO. ADAMO BAVERO Viſitatore Iuniori.

Poſſem iam in numeroſiſſimas circa colligenda ingredientia curas excurrere. Poſſem in conſiderandis, praeeunte aenea Frontiſpicii tabula, ornamentis verſari, niſi anguſtum Chartae ſpatium; niſi importuna a ſcopo aberratio; et niſi denique iuſta Fratris germani talia enarrantis modeſtia prohiberent. Dicendum potius mihi erit de iſta ANDROMACHI ELEGIA, quam dudum a me latino veſtitu indutam; nunc vero tempori adaptandam, preloque committendam video. Vt vero etiam hac in re commoda diſſerendi capiam primordia, ipſum ANDROMACHVM noſtrum ab aliis paucis dignoſcere, a praeſenti inſtituto non prorſus alienum videtur.

Perſpicuitatis id iubet ratio, quum BAELIVS praeſertim in Dictionario ſuo hiſtorico-critico praeter hunc noſtrum quinque alios nos do-

doceat ANDROMACHOS. Quos inter quidam fuit Siculus TIMAEI hiſtoriographi Pater, quidam ſub ALEXANDRI M. exercitu; alius SELEVCI CALLINICI Regis Syriae affinis; alius CRASSI, ROMANORVMQVE indignum mentione nomen, proditor; alius ſub DIOCLETIANO in Nicomedia Sophiſta.

Noſter vero ANDROMACHVS * Creta oriundus fuit. Vir haud vulgaris eruditionis, teſte GALENO, qui artis ſuae experientiam multa cum facundia coniunxit. Praeter celebre, quod ex variis ſcriptis ** adeptus eſt nomen, THERIACAE AVCTOR, qui MITHRIDATIO nonnullis ademptis, nonnullis additis rebus, Viperas unde nomen, adiecit, quamvis ipſe GALENEN hanc ſuam medicinam appellaverit. Tam felici ſortis conditione uſus erat, ut non ſolum amicorum ſuorum cultu digniſſimus haberetur; ſed etiam ad ſummum honoris faſtigium arte ſua evectus fuerit. Huius rei luculentum eſt teſtimonium ipſius, qua aliis praefulſit dignitas; quaque ipſi munus primi inter NERONIS medicos tueri licuit, primusque omnium, teſte CLERICO, Archiater, MAGNVSque fuit appellatus.*** Illius autem documentum eſt EROTIANI in illum obſervantia, qua Lexicon ſuum eius nomini inſcripſit. Cum vero eum, tamquam Inventorem THERIACES conſideramus, affirmare licebit, eius cum CAESARE Conſuetudinem communi Societati Aſclepiadeae tum propitiam fuiſſe: eo, quod Principi tanto, auſpicatiſſimo conſilio, eiusmodi remedium commendaret, ſuaeque arti non parum inde honoris conciliaret. Quum enim ab exemplis non leuis petatur auctoritas, fieri aliter non potuit, quin medicicina ab ipſo CAESARE adhibita in maiorem indies fidem abierit, uſumque ſuum per ſecula amplificauerit. Mirari proinde etiam non fas eſt, quod, cum ANDROMACHVS ſui memoriam deſcriptione huius medicaminis ab obliuione vindicauerit, etiam alii idem haud intentatum reliquerint.

* Vid. BAELIVS l. c. ſub. V. Andromachi. Voſſius de Philoſ. Cap. XII. Stollius in Hiſt. Med. Cap. I. §. 78.

** Quamuis auctores tantum libri de medicamentis ad affectus externos mentionem faciant, ex collectis tamen Galeni locis patet, ſcripſiſſe eum librum Mnaſonis dictum, nec non de virtutibus ad exteriora, de internarum affectionum curatione, de arteriacis confectionibus, de medicamentis, intra corpus aſſumendis, de confectionibus internis, ut varias alias ab ipſo editas compoſitiones taceam. Conf. ANTONII MVSAE BRASAVOLI indicem in Galeni libros editionis infra cit. latinæ.

*** Vid. le CLERC Hiſtoir. de la Med. p. 585. In antiquiſſimo quodam Cod. legitur: ὑπό τινος ἀνδρὸς μάγνου καλουμένου, i. e. a quodam viro, cui nomen Magnus. vid. Ed. GALENI lat. ap. Juntas venet. 1586. L. de THERIACA ad Piſonem. ſub initio in Scholio.

liquerunt. Quorum alter DEMOCRATES erat, qui genere iambico Theriacam cecinit; alter vero ipſius ANDROMACHI Filius IVNIOR dictus, qui oratione pedeſtri antidoti huius praeparationem enodauit, explanauitque. Quem eo maiori cura notamus, quo facilius cum ANDROMACHO Patre confundi poterit. Quo fato ANDROMACHVS SENIOR ad Aſtrologos relatus fuerit, erudite BAELIVS diſſerit. Nos vero id, quum ad finem noſtrum non faciat, lubenter praetermittimus.

Ad carmen ipſum properamus, ubi rationem nouae verſionis reddere iubemur. In verſione quamuis elegantiſſima IVLII MARTIANI ROTAE * cum textu graeco nimirum collata, perſpexi, eam adeo liberali ſtylo expreſſam eſſe, ut graecum exemplum, aliam, ſi quis auderet, omnino pateretur. Quantum enim interpres ſuo luxuriatus ſit ingenio, teſtari poteſt unicus ille verſus:

Καί κεν ἀεὶ πνείοντας ἄγοις ἐπὶ κοῖτον ἑτοίμως
Γηθαλέους ταύτῃ Καῖσαρ ἀνωδυνίῃ.

Quem ita vertit.

Hactenus, et pondus, viresque, et tempora Caeſar,
Quod ſupereſt, dicam quo facienda modo.

Aggreſſus ergo ſum laborem. Verum vix in eodem paullulum prouectus manum de tabula iterum detrahere conſtitui, cum in HIPPOCRATIS et GALENI OPP. a RENATO CHARTERIO VINDOCINENSI Lutet. Pariſ. 1679. ſplendidiſſime editis alia verſio ** vultum noſtrum ſubierit, quae propius ad mentem auctoris accedit. At enim vero diutius illam mihi conſideranti deinceps patuit, verſionem hanc non niſi uſque ad verſum progredi: *Inde quater ternas mutato pondere Drachmas* etc. Reliqua enim diſticha eadem ſunt, quae in verſione IVLII MARTIANI ROTAE leguntur. Vt ex eadem editione ubi utraque verſio poſita eſt, eluceſcit. Quare tantum abfuit, ut me ab eius rei continuatione deterreri paſſus ſim, ut illam potius nouo ſtudio ad calcem perduxerim. Quid in reliquis, dum brevis eſſe volo, verſiones inter ſe differant, ſedula quemuis collatio edocebit. Nihil interim magis equidem doleo; quam, quod illud exemplum in manus meas pervenire non potuit, unde IVLIVS MARTIANVS ROTA carmini integrum aliud Diſtichon addere curauit, quodque latine ita reddidit: ***

In-

* Edita cum GALENI edit. ſupra cit. ap. Juntas.

** Num haec ſit JO. GVINTERII ANDERNACI verſio, cuius meminit FABRICIVS in Bibl. graeca Vol. XIII. p. 60 mihi equidem nondum ſatis conſtat.

*** Inter Diſticha: *Καὶ κυνὸς ὑδροφόβην* et *Τῆς δήτοι κύχμοιο* locum habet. Neque vero in editione Pariſ. ſupra memorata, neque in illa plane graeca, quae Baſilea 1538. prodiit, neque denique in editione ALDINA Venetiis 1525. impreſſa legitur.

Inſomnes demum quibus eſt mos ducere noctes,
Conciliat ſomnum, pervigilesque leuat.

Quod autem ad dignitatem huius Poematis attinet, memoratu dignum eſt, quod illud IO. TZETZES Chiliad. XII. hiſt. 397. ad indicandam GALENI ipſius aetatem, quum ſcriptis illius bis * illatum ſit, adhibeat.

Sub finem denique ne vacua relinquatur pagina, neque veterum compoſitioni quid deſit, HEDYCHROI confectionem ex Galeno adieci. **

Tantum ergo de antiquiſſima hac materiam medicam ſpectante Poeſi, praefaminis loco afferendum eſſe duxi, relicta aliis ad graecas litteras lima critica. THERIACES compoſitionem ipſam, quod attìnet, res ipſa omnium oculis ſubiecta loqui videtur: Cum enim tanta, tamque nobilium rerum conſtet copia, ut iure, meritoque ſuo eam *σύνταξιν ἀυτοκρατορικήν* GALENVS appellauerit, ſaluberrimo inſtituto non ſolum iiș cuſtodienda traditur, qui arte, legibusque ſuis ciuium ſanitatem ſemper reſpiciunt; ſed etiam eiusdem conficiendae cura ac ratio publica MAGISTRATVS auctoritate approbatur. Ac eiusmodi quidem ritum non ſine eximio antiquitatis exemplo condecorant medici, quum ipſe GALENVS *** huius antidoti praeparationi olim non ſolum ſaepiſſime adeſſet, ſed et illam, iubente ANTONINO, praeparaſſet. Tanta enim veterum in condenda hac antidoto erat circumſpectio, ut in indaganda illius hiſtoria ſummæ induſtriæ ab ipſis adhibitæ repetamus veſtigia. Cuius tractationis ANDROMACHI haec deſcriptio egregium nobis exhibet compendium. In primis cum metro incluſa ſit, quo ſcriptionis genere **** veteres eo lubentius uſi ſunt, quo tutius res ita ad Poſteritatem conſeruari poſſe crediderunt.

* Lib. de Theriaca ad PISON. et Lib. I. de Antidotis.

** Ibidem de Antidotis L. I. p. m. 104.

*** GALENVS de antid. Lib. I. p. m. 99. *Verum quia Imperator antidotum laudabat a Demetrio medicorum primario confectam, eo vita functo, Euphrati medicae materiae venditori, a quo ſimplices omnes medicinas ad Theriacam conficiendam emebat, per literas ſignificauit, ut ſibi renunciaret, quisnam medicus imperatoriam antidotum conficienti Demetrio affuiſſet. Ab eo itaque cum intellexiſſet me ſemper Demetrio quoties theriacam componeret, aſtitiſſe, tum quidem eam me per literas componere Antoninus iuſſit.*

**** Plinius VALERIANVS Lib. 3. c. 57. et Lib. 4. c. 38. ait: THERIACAM apud Inſulam COVM in templo AESCVLAPII inciſam fuiſſe lapide, et verſibus dedicatam. Conf. FABRICIVS l. c.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ
ΘΗΡΙΑΚΗ ΔΙ ΕΧΙΘΝΩΝ
Η ΚΑΛΟΥΜΕΝΗ ΓΑΛΗΝΗ.

Κλῦθι πολυθρονίου βριαρὸν σθένος ἀντιδότοιο
Καῖσαρ, ἀδειμάντου δῶτορ ἐλευθερίης.
Κλῦθι Νέρων, ἱλαρήν μιν ἐπικλείουσι, Γαλήνην
Εὔδιον, ᾗ κυανῶν οὐκ ὄθεται λιμένων.

Οὐδ' εἴ τις μήκωνος ἀπεχθέα δράγματα θλίψας,
Χανὼν ὑπὲρ συγγνῆς ἔχοι κύλικος.
Οὐδ' εἰ κωνείου πλήσοι γένυν, οὐκ ἀκονίτου,
Μέμψατο δ' οὐ ψυχροῦ χυλὸν ὑοσκυάμου.
Οὐ θερμὴν θάψοντε, καὶ ὠκύμορον πόμα Μήδης,
Οὐδ' ἔμεν αἱμηρῶν ἕλκεα κανθαρίδων.

Οὐ ζοφερῆς ἐχιός τε καὶ ἀλγεινοῖο κεράστου
Τύμματα, καὶ ξηρῆς διψάδος οὐκ ἀλέγοι.
Σκορπίος οὐκ ἐπὶ τήν δε κορύσσεται, οὐδὲ μὲν αὐτὴ
Ἀσπὶς, ἀδηρίτων ἰὸν ἔχουσα γόων.
Οὐ μὲν ἀπεχθόμενος καὶ δρυὰς ἀντιάσειε,
Καὶ κατὰ φωλειὸν θερμὸς ἔνερθε μένοι.
Οὐκ ἀλέγοι δρύινα, ἀναίμακτον δ' ἔχει ἰὸν
Αἱμόῤῥους, τοίῳ δαμναμένη πόματι.
Οὐ μὲν ἀπεχθήεντα φαλάγγια σίνεται οὕτως
Ἀνέρα. Φρικαλέον δ' ἄχθος ἔθηκε πόνων,
Οὐχ ὕδρος. οὐκ ἐπὶ χέρσον, ὅθ' ὕδατα καρκίνος αἴθει
Βοσκόμενος, θερμῆς ἤρξατο πρῶτον ἅλης.

Χερ-

ANDROMACHI SENIORIS THERIACE EX VIPERIS GALENE DICTA.

Quæ capit Antidoti tot pharmaca percipe robur,
Sub quo libertas aurea, Cæſar, adeſt.
Nomina ſunt NERO hæc: Hilaris, Tranquilla, Serena,
Cyaneos portus temnat ut illa, vide.

Non, ſi ſomniferum compreſſeris ergo Papauer,
Hinc tremebunda calix omnia mortis habet.
Collue te ſuccis, noceant Aconita, Cicutæ,
Succus Hyoſciami frigidulusque nihil.
Quid feruens Thapſus, Medeæ Philtra veneni
Condent? crudeles ulcere Cantharides?

Vipera non timeo tua, non tua dira, Cerafte,
Vulnera, ſemper iners arida Dipſas abi.
Scorpius arma negat, nec ineluctabile fatum
Aſpis ut anteacto tempore ſemper habet.
Hoſtis quique fuit Dryas nihil audeat, obſtans,
Profundas latebras feruidus atque premat.
Quidue Dryina poteſt? Hæmorrhois abſque cruore
Virus habens, potu hoc ſitque domanda ſuo.
Non ita mortales inuiſa phalangia lædunt,
Nec morbi vires horripilantis habent.
Non Hydrus, inque nouis terris, mare Cancer adurat,
Paſcens, qui calidis ſpumeus exit aquis.

Χέρσυδρος, θανάτῳ πεπιλαγμένα χείλεα σύρων,

Αντίμενος, γλυκεροῦ τέρμα φέροι βιότε.

Τῇ πίσυνος, λειμῶσι θέρους ἐπιτέρπεο Καῖσαρ,

Καὶ Λιβυκὴν ςείχων, ἐκ ἀλέγοις ψάμαθον.

Ουδὲ μὲν ἀμφίσβαινα φέρει μόρον, ουδέ τις ἤδη

Φρύνος ἐνὶ ξηροῖς βοσκόμενος πεδίοις.

Ρεῖα δὲ καὶ ςομάχοιο φέροις ἄκος οἰδήναντος,

Καὶ θοὸν ἰήσαις ἆσθμα κυλινδόμενον.

Η ὁπόταν περὶ γαςρὶ κυκώμενον ἔνδοθι πνεῦμα

Κυμαίνῃ, κωφὸν κῦμα βιαζόμενον.

Η ὅτ' ἐνὶ ςροφάλιγγι ἀπηνέι κυμήνειεν

Εντερον, ἢ πιναοῦ σφυγμὸν ἔχωσι κόλε,

Η ὁπόταν χολόεντες ὅλον δέμας, ἔξοχα δ' ὄσσε,

Καὶ μερόπων χροιὴν πάμπαν ἀνηνάμενοι,

Ικτερον ἱλάσκωνται ἀπηνέα, μηδ' ἐπὶ θοίνας,

Εἰ καί σφιν μακρὸν Ζεὺς πετάσειε πέρας

Νεύοιεν, μοῦνον δὲ κατηφέα θυμὸν ἔχοντες,

Φεύγωσι σφετέρων ἤθεα κηδομένων.

Εἰ δέπου, ἢ κακόεργον ἴδοις ἐπὶ σώμασιν ὦχρον,

Ρύσαις ὑδρηλὴν νοῦσον ἐπεσσυμένην.

Καὶ φαέων ἀμβλεῖαν ἄφαρ λάμψειεν ὀπωπὴν

Τῷ, καὶ ἀρχομένης ἐκ ἀλέγοις φθίσιος.

Οἵη

Cherſydrus occiſum labio ſpirante cadauer
Obuius, haud dulcis meta vigoris erit.
Tutus eris Cæſar terras aditure calentes,
Si Lybicæ talos urat arena viæ.
Non feret Amphisbæna dolum, ſuccique maligni
Ranula, quæ ſicci paſcua ruris amat.

Eſt facilis ſtomacho ſemper medicina tumenti
Sanabitque cito bronchia ad aſthma cadens.
Aut ubi ventriculum circa cum murmure flatus
Fluctuat, & liquidum ſurdior unda mouet.
Tormine ſi ſæuo ſint inteſtina coacta,
Aut pulſu longi ſubſiliente coli,
Si totum corpus diffuſa bile redundet,
Si, naturali tunc pereunte cute,
Icterus eſt ægris, quando odit nauſea vitam,
Annuat his ſeclum Iuppiter ipſe licet,
Pectora ſi fuerint moeſto mœrore repleta,
Vt fugiant noſtras corde tremente domos.
Hydrops ſi dirus, pallorque infecerit album
Corpus, mox venis languor aquoſus abit.
Sint hebetes oculi, ſplendebunt lumine puro,
Effugit incipiens nil remorata Phtiſis.

Οἵῃ καὶ πεπάνοιο, καὶ ἀρχομένοιο τενόντων
Σπάσματος, ἦρε βυθοῦ ἄχθος ὀπισθοτόνε,
Ητ' ἄρα καὶ θώρακος, ὅσην ὤτρύνατο χώρην,
Λοξὸς ἀναθλίβων πνεύμονα κοῦφον ὑμήν.
Η ὅτε φρικαλέην τις ἔχοι περὶ κύςιν ἀνίην
Ελκεος, ἤ καί του δαμναμένοιο πόρε
Οὖρον ἐπιφράσσοιτο, ὅτ' ἔχετο πολλάκι καυλὸς
Ορμὴν, ἢ κενεὴν σεύμενος ἐς Κυθέρην.
Νεφρῶν δὲ ἡνίκα φῶτα κατ' ἰξύος ἄλγος ἐπείγοι,
Θαῤῥῶν τοιαύτην ἐξελάσεις ὀδύνην,
Καὶ μογερῶν ςέρνων ἀπολύσεται ἔμπυον ἰλὺν,
Πινομένη πολλοῖς μέχρις ἐπ' ἠελίοις.
Αλθαίνει, καὶ λοιμὸν ἀηδέα, πᾶσαν ἐπ' ἠῶ
Δύσπνοον, ἐκ τοίης παρθέμενος πόσιος,
Καὶ κυνὸς ὑδροφόβην γενύων λυσσῶαν ἐρινὺν
Φεύξεται εὐόδμῳ γαῦρος ἐπ' ἀντιδότῳ.

Τῆς δή τοι κυάμοιο, τὸν ἔτρεφεν ἔυσκιον ὕδωρ,
Τίλμασι, καὶ πολλοῖς κρυπτόμενον πετάλοις
Νειλώε κυάμοιο, διὰ βάρος ἄμμιγα χεύας,
Θερμὸν ὕδωρ τερσσῶν κιρνάμενος κυάθων.

Πί-

Succumbit Tetanus, maiori tendine motus
Spasmus, Opisthotonos funditus inde perit.
Solatur pectus, quantum spatii occupat ipsum,
Oblique premitur spiritus inde leuis.
Horrificum circa vesicam lancinet ulcus,
Cuius consensu iam superante porus
Obstruit urinam, tumeant ut vasa Priapi,
Et quasi molimen tentet inane Venus.
Si doleant lumbi et tecti pinguedine renes,
Hoc miser auxilio macte, valeque tuo.
Pectora difficili mundat saniosa screatu,
Potio pro multis ista diebus erit.
Depellit pestem, fœtor quum spiret in auram
Quotquot eunt illa prædominante, dies.
Qui timor horret aquas rabie mordente, canumque
Vult furor antidoti, gaudeo, odore fugam.

Faba refert pondus, cœno quam nutrit et umbra
Flumen, ubi foliis obruta tota iacet,
Qualem Nilus alit, si iusto pondere mixtam
Sub tria feruentis pocula condis aquæ.

Πίνοιεν δ' ὅτε κοῖτον ἄγοι κνέφας, ἄλλοτε δὲ ἠοῦες,
  Ἄλλοτε, καὶ διπλῆν ἐς πόσιν ὀρνύμεναι
Ἠοῦς μὲν κεράσαιο παρηγορέων κακοῦ ὁρμὴν,
  Ὅσσοις ἀλγεινὸς λάμπεται ἠέλιος.
Νυκτὶ δ' ὁμῶς ἐσσοις περ ἐπώδυνος ἕσπεται ὄρφνη,
  Ευνάστειραν ἔχοις τειρομένων πρέπουσιν.
Ἰοβόλων δ' εἰ καί τις ὑπὸ γναμπτῇσι δαμείη,
  Η μογερὸν κυανοῦ πῶμα λάβοι θανάτου,
Ἴσην δ' ἐντύναιο κατ' ὀρφναίην τε καὶ ἠῶ,
  Δαμναμένοις ἱλαρὴν παρθέμενος κύλικα.
Καί κεν ἀεὶ πνείοντας ἄγοις ἐπὶ κοῖτον ἐτοίμως
  Γηθαλέους ταύτῃ Καῖσαρ ἀνωδυνίῃ.

Πρῶτα μὲν ἀγρεύσαιτο κακήθεας ἐμπέραμος φὼς,
  Τολμηρῇ μάρπτων χειρὶ θοοὺς ὄφιας.
Τοὺς ἤδη κρυεροῦ ἀπὸ χείματος, οὐκέτι γαίης
  Κρύπτουσι στεινοὶ πάμπαν ἔνερθε μυχοὶ,
Εἰαρινὴν ἐφ' ἄλωα, χυτὸν βόσκονται ἀν ἄλσος
  Διζόμενοι χλωροῦ σπέρμα λαβεῖν μαράθρου.
Ὀξυτέρην τὸ πίθησιν ἐφ' ἑρπυστῆρσιν ὀπωπὴν,
  Πιαῖνον δειλοῖς ἄλγεα συμπελάταις.

Τῶν δ' αὐτῶν οὐρὰς τε καὶ ἰοβόλους ἀπὸ κόρσας
  Τάμνοις, καὶ κενεὰς γαστέρας ἐξερύεις.

Hanc cape ſub noctem, ſub ſolis ſæpius ortum,
Sæpius et duplum ſumere cura monet.
Mane tamen ſemper præbet ſolamina diris
Morbis, mœſta quibus fulget amœna dies.
Veſpere ſub ſero pariter conducit et illis,
Triſtia ſæpe quibus tempora noctis erunt.
Siue venenati ſerpentis vulnera lædant,
Seu ſint obſcuræ pocula ſumta necis,
Heſperus et Titan tunc ſpectent doſin eandem;
Sumitur ingenti proſperitate calix.
Semper anhelanti ſomnum, requiemque paratam
Antidotus, Cæſar, ſuaue leuamen, habet.

Ergo malas angues venator de arte peritus
Audaci tanget, corripietque manu.
Frigora poſt hyemis ſæui non amplius antris
Anguſtis, terræ ſub loculisque latent.
Area tunc vernans, nemoroſaque paſcua ducunt
In lucem; marathri ſemen amantque virens.
Acrius ut cernat, vires ſunt illius, anguis,
Pingueſcit dolor hinc mœſte bubulce tuus.

Demete protenſam caudamque caputque venenis
Infectum: tum quæ viſcera venter habet.

Scilicet

Οὖλα γὰρ ἀμφοτέρω φερέει ἐπὶ τύμμασι ἄχθη,
  Λυγρὸν ὑπ' ὀραίην ἰὸν ἔχων φολίδα.
Τοὔνεκα οἱ τμήσαιο κατ' αὐχένα, ἠδὲ κατ' ἄκρα,
  Οσσον πυγμαίης χειρὸς ἔνερθε βάθος.
Λείγια δὲ ςαλάχσι σὺν αἵματι, τὺς ἀπὸ πέζαν
  Εκτὸς ἔχων, ἱλαρὴν δέρξεται ἀντολίην.

Οππότε δὴ τὰ γένοιτο, πότ' ἐν κεραμηίδι χύτρῃ
  Κατθέμενος πύρσοῦ σάρκας ἐπιφλεγέτω,
Υδατι ἐγχεύσας ὅσσον ἄρκιον, καὶ ἀνήθυ
  Κλῶνας ἐχιδναίῃ σαρκὶ συνεψομένας.
Ηνίκα δὲ σκολιαί γε ἀπορρέωσιν ἄκανθαι,
  Καὶ κακὸν οἰδήνῃ νῶτον ὕπερθεν ἔχις
Εκτὸς ἔλοι, ζείοντα καταψύχων κυκεῶνα,
  Οφρ' ἑκὰς ἐντύναις σάρκας ἀπεχθομένας
Ερπυςῶν τ' ἰόεντας ἀπορρίψειεν ἀκάνθας
  Πάμπαν ὑπ' εὐδίφρυ χειρὸς ἐλεγχομένας.

Αὐαλέυ δ' ἐπὶ τοῖσι βάλοις εὐεργέος ἄρτυ,
  Οσσον περσύναι σάρκα, δύναιτο τροχοὺς
Πλάσσαθαι, δ' ὅτε μίγδα κύπει πελαγέος ὅλμυ
  Θλαθείη, σκιερῦ κάτθες ἤπερ δαπέδυ.

Αὐτίκα

Scilicet extremo fert vipera vulnus utroquê,
Pessima sub squamis toxica cauda trahit.
Hinc tantum caudæ reseca, ceruicis et atræ,
Quantum Pygmæi continet apta manus.
Noxia stillabunt cum sanguine, qui cauet ista
Plantis, sol isti lætior ortus erit.

Hoc postquam factum est, figulina prorsus in olla
Exuuias rutilo verberet igne calor.
Addis aquæ quantum tibi sufficit, vt sit Anethi
Pars cum viperea carne coquenda simul.
Separet intortas lymphæ vis ignea spinas,
Tergora quum tumeant tam metuenda feræ,
Extrahe tunc inter sese feruentia pulpæ
Frustula, quæ remoues difflet ut aura procul.
Reptilium vero suspectas subtrahe spinas,
Arguet has sensu palma perita suo.

Siccatum et pistum tandem simul adiice panem,
Quantum vult fluidum hoc, ut rotulam inde premas.
Hoc mixtum tundas penitus mortario in amplo,
Ac super umbroso cuncta repone solo.

 Mox

Αὐτίκα δὲ σκίλλην τριχώδεσιν ἄμμιγα φλοιοῖς,
  Σταιτὶ περιπλάσας, θάλπε κατὰ φλογιῆς
Ὄφρα κεν ὀπταλέην τε, καὶ οὐ σκληρὴν περὶ κόρσην
  Ἐντείναις σποδιῆς ἠρέμα δαιομένης,
Καί ῥ᾽ ὅτε θαλπομένη ῥῆξαι σέλας ἐκτόθι πυρσοῦ
  Κάτθεο, καὶ τρισσὴν σαρκὸς ἔχειν μερίδα,
Ὄλμοις, καὶ στρυφνοῖο βάλοις δυοῖν ὀρόβοιο,
  Ἐν δὲ ὑπέρῳ μίξας συνδονέων μυχόθεν
Αἴνυσο· καὶ δινήεντας ἀνάπλασσε τροχίσκους,
  Τοὺς δ᾽ ἑκὰς ἠελίου ψύχεο πεσσομένους.

Τῶν δ᾽ ἤτοι δραχμὰς μὲν ὑπὸ πλάστιγγος ἀφέλκοις
  Δοιάς, τὴν πέμπτην παρθέμενος δεκάδα,

Ἥμισυ θηρείοιο βαλὼν τροχοειδέος ἄρτου,
  Καὶ δολιχὸν σταθμῷ τόσσον ἔχοι πέπερι.
Ἶσα δ᾽ ὀποῦ μήκωνος ἔχοι, καὶ μάγματος αὔτως,
  Μάγματος ἩΔΥΧΡΟΟΥ τόσσον ἐφελκομένου.

Δώδεκα δὲ ξηροῖο ῥόδου δραχμαῖσιν ἰσάζοις
  Φύλλα, καὶ Ἰλλυρίην ἶριδα κατθέμενος,
Κυανέης μίξαιο μελιπτόρθου γλυκυρίζης
  Τόσσον, καὶ γλυκερῆς σπέρματα βουνιάδος.
Σκόρδιον, καὶ κεῖνον ὀπὸν μίσγοιο θυώδη,
  Βαλσάμου Ἀσσυρίης ἔνδοθεν αἰνύμενος.

Τοῖς

Mox autem Squillam villoſo cortice tectam
  Triticea maſſa mixta ſit, adde focis,
Donec inaſſata eſt, nec circum culmina dura,
  Sub cineris cumulo ſit retinenda ſui.
Diſſiliet calefacta, dein tamen exul ab igne
  Nudetur, triplex portio carnis erit.
Iunge duas Orobi partes radicis amaræ,
  Piſtillo moto ferrea vaſa ſonent.
Perfice, contortos ac hinc tibi finge trochiſcos,
  In multo hos ſicca frigore ſole procul.

Illorum geminæ lancis ſint pondera drachmæ,
  His tamen impoſitis quinta ſit apta decas.

Adde trochiſcati, cui mixta eſt vipera, panis
  Dimidium, longum dimidioque Piper.
Sint Opii partes et magmatis huius eædem,
  Magmatis, egregius cui ſolet eſſe color.

Porro Roſæ ſiccæ folium, bis ſex cape drachmas.
  Iridis illyricæ par ita pondus eat.
Mellifluus datur inde tuus Liquiritia guſtus,
  Tantum de dulci ſemine, Nape, tuo.
Scordion, atque illum ſuccum miſabis amœnum
  Balſami, ab aſſyrio littore nempe datum.

Τοῖς δ' ἐπὶ κιννάμωμον ἰσάζεο, μηδέ σε λήθῃ
Αγαρικὸν τύποις ἰσοβαρὲς θέμεναι,

Η ἔτι, καὶ σμύρνης, καὶ εὐόδμου κόστοιο,
Καὶ κρόκου, ὃν ἄντρον θρέψατο Κωρύκιον,
Καὶ κασίην, Ινδήν τε βάλοις εὐώδεα νάρδον,
Καὶ χοῖνον νομάδων θαῦμα φέροις Αράβων,
Καὶ λίβανον μίσγοιο, καὶ ἀγλαΐην σήσαιο
Αμμιγα κυανέω κατθέμενος πέπερι,
Δικτάμνου κλῶνας τ', ἠδὲ χλοεροῦ πρασίοιο,
Καὶ ῥῆον, στοιχὰς δ' οὐκ ἀπάνευθε μένοι,
Οὐδέ νυ πετροσέλινον. ἠδ' εὐώδης καλαμίνθη,
Δριμύ τε τερμίνθου δάκρυ λιβυστάδος,
Ζιγγιβερι θερμὸν, κ' εὔκλονον πενταπέτηλον.
Τὰς δοιὰς δραχμῶν πάντα φέροι τριάδας

Αὐτίκα, καὶ πολίου πίσυρας ὁλκὰς βαρυέσσας.
Ηδὲ χαμαιζήλου πτόρθους ἄγοις πίτυος,
Καὶ στύρακος, μήου τε καὶ βοτρυόεντος ἀμώμου,
Καὶ νάρδου, Γαλάτης ἣν ἐκόμισεν ἀνὴρ,
Λημνιάδος μίλτοιο, καὶ ἐκ Πόντοιο βάλοιο
Φοῦ, καὶ Κρηταίης σπέρμα χαμαιδρυάδος,
Μαλαβάθρου καλὰ φύλλα, καὶ ὀπταλέην χαλκῖτιν,
Μίσγεσθαι ῥίζης οὐ δίχα γεντιάδος

Αυι-

Cinnama prædictis condas æqualia rebus.
Agarico pondus non ſuperante tamen.

Inſuper adiicies Myrrham, Coſtumque fragrantem,
Corycio ex antro quem petimusque Crocum.
Et Caſiam, nec non Indam cognomine Nardum,
Ac Arabum Schœnum, quod decus eſſe putant.
Splendida munificis huc transfer thura Sabæis,
Ora ſimul mordens nigrius adde Piper.
Dictamnus frondens, virideſcens Marrubiumque,
Rheon, et huic rurſus proxima Stœchas eat.
Petroſelina dabis, quid olens Calaminthe retardet?
Cum lacrumis lybicus qui Therebinthus adeſt?
Zingiber exurens, petali ſtirps nomine quinti,
Pars ut ſex drachmas ſingula claſſis amet.

Quattuor in drachmis Polium ſuccedit, et auget
Quæ gaudet terræ margine Pinus, opus.
Iamque corymbifero ſtyraci ſe iungit Amomum,
Nardo Celtarum Meon adeſſe cupit.
Lemniacum minium, Phu radix accola Ponti,
Atque Chamædryados ſemen habete locum.
Fœniculi folio Chalcitis iungito calcem,
Quam Rex radicem Gentius ille dedit.

Ανισον, χυλόν θ' ὑποκιστίδος, ἠδέ νυ καρπὸν
Βαλσάμου, λιπαρὸν κόμμι δινησάμενος,
Καὶ μαράθρου σπέρμα, καὶ Ιδαῖον καρδάμωμον,
Καὶ ψαφαρὸν στήσεις παρθέμενος σέσελι.
Δάκρυον εὖ μίσγοιο βαλὼν κυανωπὸν ἀκάνθης,
Θλάσπι σὺν τούτοις ἰσοβαρὲς πλέθοι.
Τόσσον δ' ὑπερικοῦ, τόσσον δ' ἐπιμίσγεται ἄμμι,
Καὶ σαγαπηνὸν ἄγοις τετράδα τοσσατίην,
Δοιὰς δ' εἰσάξεις, τάς περ Ιστριος ἔκβαλε κάστωρ,
Μήδεα, καὶ λεπτὴν ῥίζαν ἀριστολόχου,
Δαύκου τε σπέρμα, καὶ αὐαλέην ἄσφαλτον
Ιοβόλων κοίταις αὐτίκα δαιομένην.
Ισα δ' ὀποῦ πάνακος συμμίσγεο κενταυρείῃ,
Χαλβανίδος λιπαρῆς ἰσόμορον θέμενος.
Καὶ τὰ μὲν ἐν θυίῃ πολλῷ μαλθάσσεο οἴνῳ,
Οσσα περ ὑγροτέροις δάκρυσιν ἐμφέρεται.
Κόψαι δ' εὖ λεπτῶς, τὰ δέ κεν ξυλοειδέα πάντα
Ακταίῳ μίσγοις συγκεράσας μέλιτι.
Ιλήκοις, ὃς τήνδε μάκαρ τεκτήναο Παίων,
Εἴ τέ σε Τρικκαῖοι δαίμον' ἔχουσι λόφοι,
Η Ρόδος, ἢ Βουρίννα, καὶ ἀγχιάλη Επίδαυρος.
Ιλήκοις, ἱλαρὴν δ' αἰὲν ἄνακτι δίδου
Παῖδα τεὴν Πανάκειαν. ὁ δ' εὐαγέεσσι θυηλαῖς
Ιλάσεται τὴν σὴν αἰὲν ἀνωδυνίην.

Annec-

Anifum, fuccum de preffa Hypociftide, fructum
Balfami, ut et gummi gluten amansque, tenax.
Fœniculi femen, Cardamomumque quod Ida
Protulit, et Sefelin fquallidam ad ifta dabis.
Lacruma fubfufci fpina crefcente coloris
Omnibus æqualis portio Thlafpis erit.
Hyperici tantum, tantum Ammeos adiicis ergo,
Et Sagapenus item res ea quarta, trahat.

Accedantque tui gemini fimul Iftrice Caftor
Teftes, pertenuis fibraque Ariftolochi.
Ordine fupremo fint Dauci femina; ficcum
Alphaltum multum contra venena valens.
Sit Panacis fucco pondus Centaurion æquum,
Galbanus atque tenax claudat ut agmen, item.

Quæ tamen huc intrant emolliat humida vinum
Antiquum, fluidum, lacruma fiue foret.
At contufa dein folerter ficca, relinques
Melli, quod iuxta littora condit apis.

Iamque faue felix, qui pandis talia Pæon,
Te genium Triccæ fiue cacumen alat,
Siue Rhodos, Burrina fimulque Epidaurus adorent,
Commendans Domino munera tanta, veni,
Inuentam fobolem panaceam, litet is aris
Si careat trifti vita dolore, Tuis.

An-

Annectitur cuius p. 18. mentio fit

cuius p. 18. mentio fit

Ηδυχρύου Σκευασία.

Ηδυχρόȣ δέ τι μάγμα, μάρȣ μὲν ἔχει δύο δραχμὰς,
Ισας δ' αὖ ἀσάρου τε, καὶ ἀμαράκȣ, ἀσπαλάθȣ τε
Καὶ σχοίνου, καλάμȣ τ' ἐυώδεος, ἐκ πόντȣ τε
Φοῦ, ξυλοβασάμου τ' ὀποβαλσάμȣ τε δραχμὰς τρεῖς,
Καὶ κιναμώμȣ εἰσὶν ἶσαι, καὶ κόςου ἐπ' αὐτῷ.
Σμύρνης τ' ἓξ δραχμὰς. καὶ φύλλα μαλαβάθροιο,
Ισον δ' αὖ Ινδῆς νάρδου ξανθȣ̃ τε κρόκοιο.
Καὶ μὴν καὶ κασίης ἶσαι, διπλαῖ δέ τ' ἀμώμȣ.
Λοιπὴ δ' ἐκ κεχναῆς Χίου δραχμῆς βάρος εἴη,
Μαςίχη, οἴνῳ δ' αὖ Φαλερίνῳ Φυρήσασθαι.

Hedychroi qui forte velit componere dictum
  Magma, Mari drachmas ſumpſerit ille duas.
Æquales inter ſuccedat Amaracus illas,
  Sint Aſari partes Aſpalathique pares,
Tunc Iunci graciles, Calami fragrantis odoris,
  Phu ſimul e terris aduena, Ponte, tuis.
Balſama de ligno, ſuccoque fluentia demum,
  Singula ſint drachmis adiicienda tribus.
Tres habeat Coſtus; tot promant Cinnama rara
  Sex alias ſecum Myrrhaque rubra ferat.
Tot Malabathra ſuis foliis ac indica Nardus
  Tot drachmas flauus poſcit habere Crocus.
Tot capis et Caſiæ, duplum conſueuit Amomi;
  Vnius drachmæ Maſtiche Chia ſequi.
Hæc inter ſe quis mira confuderit arte
  Viribus irrorent vina falerna ſuis.